



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. De irritatione votorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

propter commoditatem, vel quid simile: alio anno continuato tibi erit jejunandum, ut ex jam dictis patet.

21. Quid, si dubium sit; an vovens decreverit tempus in honorem diei, necne? Respondeo, tunc censendum esse cum Sanch. lib. 4. in Decal. c. 14. n. 38. ac si non decreverit in honorem. Ratio est, quia de voto non certi sumus, dubitamus de tempore, ergo prevailere possessio voti: quare transacto tempore, adhuc obligabit.

13. Sed quid, si vocat quis se jejunaturum, v. g. die Sabbati, & certus quidem sit non Sabbathum quodcumque elegisse, sed determinatum, sit tamen dubius quodnam signatè fuerit? Respondeo cum Bonac. disp. 4. de voto, q. 2. p. 5. §. 1. n. 5. tunc jejunandum illi erit proximo Sabbato: quare, si votum fuit intuitu temporis, eo transacto non obligabitur amplius. Ratio est, quia ea videtur esse intentio voventis, sumpto exemplo à simili promissione humana, quæ obligat proximo quoque tempore. *Item, qui Kalendis, in princip. ff. de verb. oblig.* Denique quando dicimus extinguí obligationem, vel te non obligari amplius ad votum, intelligimus, nec te obligari ad rem promissam, nec ad aliud opus ejus loco. Ita S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. q. 1. ad 1. Suarez lib. 4. c. 15. n. 7. quia vovens illam rem promissit, non aliam in ejus compensationem, ut supponimus: atque hæc, de qua loquimur, non est commutatio, sed obligationis cessatio.

Ex his resolvi sequens dubium: Antonia vidua vovit se daturam pauperibus totum suum Dotarium, quod mox sperabat recuperaturum ab hæredibus sui viri defuncti. Recuperavit non multò post dimidiam ejus partem alteram hæredibus dimisit bona fide, nil cogitans de voto. Et pone etiam fuisse mala fide, adeoque cum peccato, quod advertenter disposuerit de re jam Deo dicata. Queritur tunc an habeat obligationem restituendi pauperibus, alterum tantum ejus, quod remisit?

Respondeo, non obligari. Solum, si mala fide remisit, cum potuisset non remittere, peccavit contra votum, peccato delendo per penitentiam. Ratio est, etuenda ex dictis: & in simili sic asserti Suarez lib. 4. de voto, cap. 16. num. 9. Si quis, inquit, soli Deo vovit dare Hospitali servum suum Petrum, & postea illum occidit, non tenetur ad aliquam compensationem: deberet enim esse aliqua restitutio æquivalentis valoris, vel alterius servi similis. Nemo autem dixit vinculum voti præcisè spectatum obligare ad restitutionem aliquam Deo faciendam. Et paulò post probat illam culpam, quando affuit, non esse contra iustitiam, sed contra fidelitatem, seu Religionem, & ideo non esse mirum, si obligationem restitutionis nequaquam pariat.

§ III. De Irritatione Votorum.

1. Ille dicitur votum irritare, qui tollit absolute, & sine timore reviviscentiæ obligationem voti cuiuscunque, sive futuri, sive præteriti, sive sola mente, sive etiam voce prolata: tollere autem eam solum potest is, à quo vovens dependet. Quoniam ergo dependentia, vel est quoad voluntatem, ut est filius, vel Religiosus, qui dependet à voluntate patris, & superioris: vel quoad rem promissam, ut est servus, qui quoad bona temporalia, quando non habet, nec habiturus est peculium proprium, dependet à Domino; ideo duplex est irritatio: alia scilicet directa, quæ est quando à Superiore, vel Patre tolluntur vota dependentia à sua voluntate: alia indirecta, quando tolluntur vota de rebus subjectis dominio alicujus. Et rectè quidem Pontius lib. 10. de marim. cap. 17. num. 22. notat, non esse necesse, superiorem quemcumque respectivè ad vota, quæ irritare potest, ea spectatim cognoscere: sic enim potest irritare: *Ego aufero à te quæcumque tua vota.* Non sic in dispensatione, vel commutatione; debet enim dispensans, vel commutans peculiariter vota cognoscere, ut causam dispensandi, vel æqualitatem commutandi perpendat: quæ expensio, ut dicimus, in irritatione non requiritur.

2. Directa irritatio semper est actus dominativæ po-

testatis: Indirecta potest esse etiam actus jurisdictionis, & ita quidem esset, si Pontifex prohiberet materiam ab aliquo promissam, prohiberet, verbi gratia, jejunium in die Dominica, quod quis vovisset, &c.

Porrò tractationem de votorum irritatione breviter, sed spero complete, hic dabo, subscribendo sequentem resolutionem.

Proponitur Casus.

3. Antonius tredecim annos natus duo emisit Vota: Alterum ingrediendi, perseverandique in Religione: Alterum dandi notabilem quandam elemosynam. Verum, eo egresso à pubertate, post annum scilicet decimum quantum completerem, Pater cum votorum filij consensu factus esset eadem irritavit: sed Antonius, cum dubitaret, an id liceret participaretque se reum esse nihilominus votorum, eadem sæpè ratificavit: nec multò post, mortuo Genitore, ingressus Societatem Jesu, atque anno decimo octavo suæ ætatis vota biennij de more nuncupavit: mox duobus post annis, nulla antea facta renuntiatione bonorum, & Societate, ipso petente, dimissus est, regressusque in sæculum matrem viventem invenit, itemque patrum tugorem suorum fratrum, immò & futurum eorundem Curatorem: Pater enim ex testamento constituit dictum Patrum administratorem, Curatoremque suorum bonorum omnium, donec filij, inter quos numeravit etiam Antonium, annum vigesimum quintum completerent. Antonius ergo multas difficultates, nec vulgares proposuit de prædictis votis, quas jam sigillatim subdo, & diluo.

Difficultas prima.

An Antonio per emissionem Votorum biennij Societatis Jesu, extincta fuerint vota precedentia.

4. Concedimus omnes, universa vota, tum realia, non acceptata tamen à tertio, tum personalia in sæculo, vel in Novitiu facta, extingui per professionem solemnem, sive jure Divino, sive Ecclesiastico; atque addo, etiam commutandi intentionem non habere profitens, non obligari amplius ad illa vota. Ita D. Thomas 2. 2. quest. 189. art. 3. ad 3. Cajet. Azor. Sanchez, Lessius, alique apud Cast. Pal. tom. 1. tract. 16. de susceptione Religiosi status disp. 2. p. 8. n. 4. Ratio, cur tantà prærogativâ professio gaudeat, est quia in illa continentur eminenter quæcumque alia opera particularia fortè promissa; quare, qui se totum Deo in perpetuum dedicat, perfectissime solvit quæcumque ab ipso promissa illi fuerint.

Quoniam verò vota biennij Societatis Jesu non afferunt professionem solemnem, sed sunt simplicia, licet ex parte Pontificio novo verum constituent Religiosum, matrimoniumque irritent; idèd amplius querendum est, quid juris in casu nostro, quo Antonius non solemnem professionem, sed prædicta vota biennij nuncupavit pro quo.

4. Premitto primò, sive ab ipso vovente, sive à suo Superiore possit omnia prædicta in sæculo, vel Novitiu facta vota commutari in dicta vota biennij. Ita Layman lib. 4. tr. 4. cap. 8. num. 30. Castro Pal. ibidem num. 5. alique ab eodem citati. Ratio est, quia commune est omnibus, ut infra dicitur, quemlibet posse votum suum in melius commutare: at assumptio Religiosi status per dicta biennij vota, cum æqualeat ex parte voventis, professioni solemni; melior est, quàm sint quæcumque alia vota sæculi.

Hac autem commutatione facta, jam non amplius vota precedentia obligabunt; quia vota semel irritata, dispensata commutata, quando observantur conditiones, sub quibus expedita fortè fuit dispensatio, vel commutatio, non amplius obligant, sed solum obligat materia subrogata. Vnde, si sine culpa quis ita commutatus à Societate dimittatur, non amplius vota sæculi ipsum urgerent. Dico cum Sanch. lib. 5. in Dec. cap. 5. num. 55. sine

si culpa nam si cum culpa, tunc teneretur, vel iterum
perpetuam vel prioribus votis satisfacere. Sicut enim pro-
prio Religiosa ita & vota biennij imbibunt condi-
tione perseverandi, quantum est ex se, in Religione,
non perseverandi, quantum est ex se, in Religione,
ergo quis ex culpa sua non perseverat, non observat
conditionem à se dependentem: ergo non ponit mate-
riam subrogatam: ergo obligatur reverti ad priora vo-
ta, vel certe iterum ingrediatur Religionem, nam sic
subrogatam materiam apponet.

Permitto secundo, ex vi dictorum votorum dien-
tine dicta commutatione non extingui, sed solum sus-
pendi vota precedentia. Ita idem, loco citato. Ratio est
quia hæc prerogativa conceditur professioni solemnij
Religiosis: at vota biennij vera professio solemnij non
est: & merito in Can. 2. pr. Congregationis Societatis id
dicitur explicatum est, dum ibidem dicitur: *Revertenti in
seculum reviviscere vota, illamque iterum obligare.*

Nota autem ad commutationem explicatam num. 5.
requirit ipsius votantis, vel superioris intentionem: non
enim commutatur vota sine voluntate ejus, qui com-
mutat: At ad suspensionem explicatam num. 2. illam non
requirit, cum ea suspensio sequatur veluti ex natura sua
ad ejusmodi status assumptionem.

8. Ex dictis collige, resolutionem propositam difficul-
tatis: Nam quia audiui Antonium suorum votorum
commutationem nec intendisse, nec à Superioribus Ma-
gistris: ideo ejus vota in seculo emissam, si non fuerint à
Patre legitime irritata, suspensa solum fuerunt per vota
biennij: quare per regressum ad seculum reviviscant, &
illam rem faciant, necesse est.

Difficultas secunda.

An Pater poterit Vota Antonij irritare?

9. Dico Patrem potuisse licite, & valide, dummodo
Antonius egressus à pubertate vota legitime non ratifi-
cavit. Ita Doctores mox citandi, & passim. Ratio est, quia
propter dominativam potestatem, qua potest in filium
legitimum, immo & in illegitimum: Vide Castro Pal.
num. 3. tract. 1. §. 1. diff. 2. p. 7. n. 5. quando tamen pro hoc
non addit tutor; de qua tamen vide infra lib. 5. cap. 3.
(1. n. 12.) vota omnia filiorum impuberum (ide est, in for-
maliis usque ad duodecimum annum, in masculis usque
ad decimum quartum completos) vota, inquam, impube-
rum habent imbitam hanc conditionem si Pater con-
sentiat, vel non contra adiciat. Id quod recte, si ex jure na-
ture, si ex jure Ecclesiastico, dispositum est, ut imbe-
cillitati ejus ætatis consulatur. Si ergo Pater libere hanc
conditionem non ponit, jam omne votum corrumpit: Nec
solum potest Pater hæc vota irrita reddere, dum adhuc
filius impubertatem tenet: sed etiam quocumque tem-
pore post adeptam pubertatem, quia semper militat ra-
tio, quod ea vota fuerint nuncupata tempore ætatis im-
pubertatis. Ita Cajet. Navarrus, Sanchez, Lessius, Bonaci-
us, Suarez, Valentia, alique apud Castro Pal. loco citato
p. 4. num. 5. contra Sotum Arag. aliosque ab eodem
citatos.

10. Extenditur hæc patris potestas ad prædicta om-
nia vota in impubertate emissam, licet implenda tempore
pubertatis, seu implenda, quando filius fuerit sui juris.
Verbi gratia, ad vota, quæ nunc puer undecimum an-
num ægis emittit de elemosyna danda, de jejunando,
de peregrinando, etiam quando ipse erit grandior, quan-
do sua bona possederit, &c. Ita Sanchez lib. 4. in Decal.
cap. 19. num. 3. quidquid dicat Castro Pal. d. p. 3. §. 4. num. 2.
Ratio est, quia irritativa hæc potestas fundatur in imper-
fectione, quæ puer votum emittit: at hæc votandi im-
perfectio jam adfuit tempore, quo ea vota fuerunt emissam.

11. Extenditur item ad aliqua vota facta à filio post
pubertatem, si tamen adhuc sit sub potestate Patris: Ita
idem apud eundem Castro Pal. d. part. 2. §. 7. num. 9. hæc
autem sunt omnia, & sola vota, quæ præjudicant dictæ
patris potestati, Quandoquidem ab hac egrediatur, vide

Molin. tom. 1. de instit. d. 240. Anton. Gom. l. 47. Titul.
num. 1. & passim. Jurisconsulti. Ratio est, quia circa hæc
jus ipse non habet disponendi: esto de aliis, in quibus
est sui juris, disponere, atque adeo votare sine depen-
dentia potest.

12. Hinc non solum elemosynam dicto tempore
promissam ex bonis ad patrem spectantibus, sed longas
etiam peregrinationes, diuturnam à domo absentiam,
jejunia immoderata, & longas orationes, quibus domus
perturbatur, vel quibus filius infirmari timetur, potest
irritare pater dicto filio puberi. Contra vota Religionis,
Castitatis, & dandæ elemosynæ ex suo peculio irritare
non potest. Sic Sanchez lib. 4. in Decalog. cap. 35. idem
est in voto de frequentandis Sacramentis, de jejunij
orationeque moderatis; deque similibus eodem dicto
tempore promissis: quæ cum nihil præjudicent patriæ
potestati, irritare non valet pater: quia in his sui juris
est pater.

13. Nota posse à patre fieri irritationem, etiam con-
tradicente filio: quia patria potestas non dependet in
suo usu à filij voluntate. Nec obstat commutationem
voti non posse intentari invito votente: non obstat, in-
quam, quia in commutatione votens acceptare debet
materiam subrogandam, ad quod requiritur consensus
votantis: quod non est in irritatione: nam propterea
probabile etiam reputatur cum Castro Pal. diff. 2. citat.
p. 4. num. 6. contra Suarium lib. 6. de voto, cap. 1. num. 13. ex
gravissima causa posse dispensationem voti tradi invito;
quia liberam habet Prælati potestatem dispensandi;
nec à subdito dependentem, licet necessario, non nisi ex
rationabili causa, exercendam.

14. Quæres. Requiriturne causa, ut prædicta vota
irritet Pater; Respondeo, quamvis aliqui, ut Lessius lib.
2. cap. 40. diff. 12. num. 70. & dub. 3. num. 76. Layman lib. 4.
tract. 4. cap. 7. num. 18. causam requirant, asserantque sine
illa tam irritantem patrem, quam filium irritationem
petentem, peccare venialiter: aliqui vero id negant; ut
Azor. p. 1. lib. 1. c. 7. q. 1. citans Sylvest. Angel. aliosque
Basil. de Pont. de matrim. cap. 17. num. 12. video tandem
utrosque Doctores quoad praxim esse concordēs: faten-
tur enim & illi causam ad excusandum à quacumque cul-
pa, eam unam sufficientem esse: quia scilicet gravatum
se filius voto sentiat, cum igitur tam modica causa sit sa-
tis moraliter loquendo, culpa semper evitabitur. Sic San-
chez lib. 4. in Dec. cap. 24. n. 15. p. 16.

15. Quid, si pater concessit licentiam votandi, vel vo-
tum filij confirmavit, licetne valebit deinceps irritare?

Negativam sententiam sectantur Lessius lib. 2. cap. 40.
diff. 10. num. 76. citans Cajet. & Panor. Suarez lib. 6. de
voto cap. 8. num. 7. sed probabiliorē esse affirmativam
puto cum Sanchez lib. 3. in Decalog. cap. 27. num. 18. & 21.
& Layman lib. 4. tract. 4. cap. 7. num. 17. quia per licentiam
concessam non se pater privat, nec se privare potest po-
testate, quam à natura, vel à jure habet irritandi. Vnum
limita: nam si votum sit reale, paterque per licentiam
concessam filio illud emittendi, tacite, vel expresse rem
promissam filio donavit, ut per totam de ea dispo-
neret, non posset revocare, quia eam à suo dominio jam abdi-
cavit. Si pater promissit non irritari an adhuc possit di-
cam mox num. 37.

16. Ex dictis collige Patrem tunc potuisse Antonio
irritare prædicta vota: quia nulla sua licentia fuerunt
emissa. Si ergo eorum legitima ratificatio subsécuta non
est, (de qua tamen mox) liber à votis est filius.

Difficultas tertia.

An Tutor, vel Curator, &c.

17. Tutor, dum Tutoris officio fungitur, potest om-
nia pupilli vota facta in impubertate irritare, quæ po-
test pater, ejus enim loco succedit. Ita Cast. d. d. 2. p. 7.
num. 6. ex communi sententia. Idem jus est in Curatore
quoad vota facta concernentia ad bonum temporale;
vel

vel præjudicantia gubernationi domus: ita Sanchez lib. 4. in Decalog. cap. 35. num. 69. alios citans in hoc enim Patris & Tutoris vicem subit Curator, dum Curatoris munus obit. Tutor autem datur pupillo usque ad 14. annum completum: Curator datur minori, id est, dicto anno 14. usque ad 25. item completum. Quam difficultas de Tutore, vel Curatore superveniente, videatur num. 42.

18. Quid, si sint plures Tutores, vel Curatores? Respondet cum Bon. d. 4. q. 2. p. 4. §. 7. n. 24. sine, quemlibet ex his posse: quia hæc potestas iis convenit ratione officij, nec videtur concessa dependenter à socio.

19. Sed insurgit difficultas, An Curator irritare valeat Minoris vota etiam personalia, tempore impubertatis emissa: Negandum enim inde visum fuit Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. de Voto, cap. 6. num. 24. & 25. quia Curator non succedit loco patris in totum, perinde ac succedit Tutor; sed solum in administratione bonorum Dico tamen cum Sanchez lib. 4. in Dec. c. 50. n. 51. probabile esse posse, quandiu est in communione: quia esto directe, & principaliter datur Curator in prædictum finem: datur tamen etiam secundo in filij personam.

20. Ex his vides patrum Tutorem, seu Curatorem valuisse Antonij vota irritare, nisi tamen votum Religionis confirmasset post pubertatem, de qua ratificatione mox. Dico (votum Religionis) nam alterum de elemosyna danda, etiam si Antonius ratificasset ante annos 25. cum fuerit reale, nec factum ex licentia patris, ut supponimus, potuisset à Curatore patruo usque ad 25. annos, ut modò diximus, irritari.

Difficultas Quarta.

An Mater, &c. Vbi, an Socer, &c.

21. Certum est ex Suarez lib. 6. de voto, cap. 6. num. 21. & passim, vivente patre, vel hoc mortuo, seu longissime agente, si tamen existimat Avus, Tutor, vel Curator filij, nihil Matrem posse circa irritationem votorum ejusdem sui filij: quia Mater nullam tunc in filium potestatem habet. Si verò omnibus illis sit filius destitutus, certe succedit Mater, & hac deficiente, Avia, poteritque vota filij in impubertate facta irritare, dum filius est impubes. Ratio non est, quia Mater tunc sit Tutrix, supponimus enim illam non esse Tutricem, licet Tutelam filij possit perere à Jure, sed est, quia de jure naturæ est, & tunc Mater, vel Avia impuberem filium, loco Patris gubernet, sitque Tutoris loco.

22. Duo hic sunt controversia. Primò. An Mater, quæ nec Tutrix, nec Curatrix sit possit, Patre, Avoque demortuis, vota filij emissa in impubertate irritare, non solum quando filius impubes, est, ut modò dixi; sed etiam postquam filius adeptus est pubertatem usque ad annum 25. dum scilicet est Minor, & non emancipatus. Ita Molina, Covar. alique apud Suarez loco citato, cap. 5. num. 1. Negat Sanchez lib. 4. in dec. cap. 30. num. 17. quia Matri, inquit, non concedendum est, nisi quod conceditur Tutori, At Tutor circa vota pupilli facta in impubertate nihil potest, ubi pupillus ab eadem egres- sus est. Addit Castro Palaus tom. 3. tract. 15. disp. 2. part. 7. num. 15. idemque Sanchez, hujus rei rationem esse, quia in jure §. Femina, instituitur de adoptione, Mater nullam habet potestatem neque in personam, neque in bona filij impuberis.

23. Sed certè probabile etiam iudico cum Sayr. in Clavi, lib. 6. cap. 14. num. ultim. Sà v. Irritatio, num. 1. posse, & ea prorsus ratione, quæ posse diximus num. 17. Curatorem. Ratio est, quia valde rationi consonum est, ut sicut Mater, aliis deficientibus, subintrat in Tutoris locum, ita etiam sic loco Curatoris: ergo eidem officia Curatoris non sunt deneganda. Ad ea, quæ contrà afferuntur, nego Matri non esse concedendum, quod conceditur Curatori: Nego, inquam, quia ejus loco ipsa succedit unde quantumvis Tutor omni privetur potestate in pu-

illum, quando hic, pubertatem acquirit, non tamen omni, privatur Mater, quia Tutor relicta tutela, non eo ipso subintrat in officium Curatoris, subintrat modo dicto Mater, Ad jura in contrarium, dic ea loqui de Matre, ut Mater est, non verò quando jure naturali in ea munera subintrat; vel loqui de rebus pertinentibus ad usum politicum, non verò spectantibus ad conscientiam. Ita Sanchez lib. 4. c. 30. n. 15. Cast. l. c. n. 7.

24. Vult item advertere discrimen non vulgare, quod num. 12. innui. Nam Pater potest irritare impuberis vota (intellige ex supradictis à num. 95. non confirmata post pubertatem) semper, etiam post longissimos filij annos, etiam post emancipationem, at Mater solum usque ad 25. annum filij non emancipati. Ratio est, quia vota impuberis propter ejus modicam discretionem censentur facta sub conditione, si Pater non contradicat, ut supra vidimus; cum ergo Pater semper talis remaneat, etiam post emancipationem, semper poterit irritare: At verò cum Mater, ut & Tutor, & Curator, irritent loco Patris, tamdiu poterunt irritare, quandiu illius loco substituntur, hoc est, Tutor usque ad annum 14. filij, Curator usque ad 25. ejusdem non emancipati.

25. Secundò. An Mater filio minori prædicto possit irritare vota realia de bonis temporalibus, vel vota præjudicantia gubernationi domus, emissa tempore pubertatis? Certe plerique cum Suarez lib. 6. de voto, cap. 5. Sanchez lib. 5. cap. 35. num. 77. neque hæc realia, neque quæcunque alia emissa in dicto pubertatis tempore, posse, quia filius pubes nullo modo est sub Matris potestate, nec quoad se, nec quoad bona sua. Sed certè probabile est cum Sayr. in clavi. lib. 9. cap. 10. num. ultim. Sà v. Voti irritatio num. 1. posse realia, vel præjudicantia; quia ex modò dictis Mater in hoc casu succedit loco Curatoris; ergo non est illi denegandum, quod ex omnibus Curatoris conceditur. Ita Suarez l. c. cap. 6. num. 21. Bonac. disp. 4. q. 2. p. 7. §. 2. n. 25. sine.

26. Ex his colligere potuisse genitricem, si non adfuisset, Curator, & filius non ratificasset, eidem filio consulere: sed, quia Curator adfuit, nihil Mater potuit pro filio.

27. Inquires obiter: Socer potestne vota irritare Geniti carnis Patre, Matre, Tutore, Curatore, &c. Respondet, Socerum tunc subintrare loco Patris, atque adeò posse, docet ex N. oterico Pater Tancredi de Relig. tom. 1. disp. 16. num. 6. sed id mihi difficile est; ipse autem promittit se hoc probatum, cum de Votoaget tom. secundò, de Religione quem molitur: expectemus ergo, donec videamus probationum vires.

Velim etiam expectes solutionem illius difficultatis, An Avus, vivente Patre, votum impuberis Nepotis irritare possit: De qua re dicam, Deo favente, lib. 5. infra, c. 2. §. 6. n. 14.

Difficultas quinta.

An Superior Religionis, &c.

Quoad Vota emissa in Religione.

28. Superiores possunt suis Religiosis omnia vota nuncupata in Religione etiam non impediencia ipsorum gubernationem irritare, præter vota constituenta statum Regularem, illique annexa, & præter votum assumendi strictiorem Religionem. Ita S. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 8. ad 3. & 4. Layman. lib. 4. tract. 4. cap. 7. num. 6. Bonac. d. 4. q. 2. p. 7. §. 2. num. 26. alique apud ipsos, Ratio dicti est, quia assumpto eo modo vivendi, & obediendi in Religione, conveniens fuit, ut subditorum voluntas in totum à Superiore regeretur. Ratio exceptionis primæ est, quia quæ statum Religiosum constituent, sunt fundamentum talis potestatis in Prælato: ergo si hæc irritari possent, ipsum fundamentum potestatis se ipsum everteret, quod est impossibile: cum Superior potestatem non habeat, suam potestatem, & ea quæ potestati adherent, destruendi, Ratio denique secundæ exceptionis est, quia in hoc subditi ex sacris Canonibus c. licet,

irregularibus, sui juris sunt, nec à Superioribus impediri
potest. Potes, vota facta tempore, quo quis est Religio-
sus impendenda, quando non sit amplius subiectus, v.g.
quando erit creatus Episcopus, possuntne superiores
respondere, de hoc dicitur *infra*, cum de servo-
tione in quibusque votis.

[illegible]

Secundò, Generalis, Provincialis, Prior seu
Rektor hoc est, Superior localis, & quicumque habet
absolutum regimen Conventus: hi enim jurisdictionem
habent sufficientem in subditis.

Terzio, Abbatisse in valde probabili opinione.
 it. Sanch. l. 2. c. 3. n. 19. Suar. l. c. fin. subditæ enim imita-
 tione vniuersæ obedienciæ Abbatis, sicuti subditi Praela-
 tis: quod quæsi sentiant Azor. p. 1 lib. 1. c. 17. q. 3. Castr. l.
 1. c. 17. qui solum Abbatissæ conceditur posse irritare vo-
 luntatem gubernationi domus.

11.17. qui totius ne
perpendenda gubernationi domus.
12. Nominē autem subditorum veniunt. Primum, di
proffili sollemniter. Secundū, ij, Qui vota biennij
emittunt in Soc. Jesu Sac. l.6. de votis, c. 7. 20. Sanch
in 4. de Sac. c. 3. n. 24. quia hi sunt ver. Religiosi, aque
et parte sua omnino Superioribus subiecti. Id autem in
Curatū de Votis facti in Societate; nam de factis in fa
nō, non ita ut n.6. diximus.

31. Non verò veniunt, Primo Novitij. Sic Suar

Sancti aliquid apud Cætr. l. c. 10. quia nonnulli volunt
obediunt Religioni emiserunt, quamvis particulari
quæque vota emiserunt. Neque obstat Novitius in
fœderabilibus reputari Religiosos, ut diximus *Supra, lib. 2.*
cap. nam tales reputantur, ob privilegia; ac potesta-
tibus, de qua hic agimus, fundatur in potestate do-
minativa, quæ Superioribus competitratione. Porro obe-
diunt Religioſæ, à subditis emiſſi.

14. Secundò, nec Religiosi creati Episcopi, sic Ca-
pit. Pal. *ibid.* et p. 228. 7. Tertiò, nec dimissi perfecti in sa-
culum; nec p. 228. 7. Regularium jam amplius no-
dis subditi imponuntur. Hinc vota facta à Religio-
sis non possunt irritari nec
potest, quo exemptus fiat à talis Superioris subjectione
et cum non remanet Superior respectu illius. Non i-
ta Patre respectu filij; quia et remanet semper Pater,
sive vidimus.

37. Una superest difficultas : Quid enim dicendum
si de licentia, vel tacita, vel expressa Superioris factum
sit votum? Respondeo tibi dictis, quæ proportio
inter sunt communia Patri rectis filiis, & omnibus, qui
venerunt vota aliquotum possunt. Dico primò : Si Gen-
eralis dederit alicui votendi licentiam, non potest deinceps
illud votum irritare Provincialis, & Superior localis;
dedit Provincialis, vel dictus Generalis, nec item pro-
prius localis Superior. Ita Stat. 16. de voto, c. 8. in 1. Sane
in 1. de Decret. 2. 1. Ratio est manifesta, quia Superior
maioris competentie, non valet minor Superior valens
contrariare. Quod si licentiam concesserit Superior
æqualis, etiam cum promissione eam non revocandi, pro-
prie æqualis, successor : v. g. dedit licentiam Pro-
vincialis, potest Successor Provincialis; dedit Re-
ctor, Receptor, qui succedit. Ratio est, quia succe-
ssorum amittit suum ius.

36. Dico secundò, idem Superior, qui dedit voti
licentiam, vel promissum non revocaturum, irritum
quidem valide adhuc potest; Ita iidem: sed nisi causa
cuius, peccabit eo pacto, quo mox n. 7. & 8. dicimur.
Ratio est, quia per illam licentiam, vel promissionem

se abdicavit, immò nec abdicare se potuit sua potestate,
& ex alia parte, cum id sit saltem contra fidelitatem, ali-
qua eius culpa, quam tamen non potest rationabilis cau-
sa non excusare.

37. D^{no} tertiò. Irritare, vel irritationem petere contra promissionem datam de non irritando, non videtur nisi peccatum veniale. Ita Caster. *tract. 15. d. 2. p. 3. §. 2. n. 1.* (esto communior sententia doceat ex se esse mortale. Ita Cajet. Arag. Laym. Sanch. aliquæ apud Caster. *l. c. n. 8.*) Ratio est, quia tota qualitas hujus culpe consistit in infidelitate, & quadam levitate, vel inconstantia, quâ concessio promissa sine causa revocetur: ac infidelitas, & inconstantia, nisi aliud grave addatur contra Justitiam, vel Religionem, non obligat ad mortale: ergo, & c. Fateor ex genere suo mortale, si id Superior cum juramento promissit: sed certè id non esset mirum, quia tunc adderetur perjurius contra Religionem,

338. Dixi (contra promissionem) nam si Superior solum licentiam dedisset nullam addendo promissionem peccatum non committeretur illam revocando, atque adeo vortum irritando. Sic Castro *Paſſib. num. 4.* quia licentia absolute concessa semper intelligitur sine praedjudicio juris proprii, & quanto minus potest laedere propriam potestatem.

39. Ex dictis habes casum nostrum, hic non habet
locum; quia Vota Antonij, de quibus est disputatio
non fuerit emissâ tempore Religionis, sed in sæculo.

Quoad Vota emissa ante subjectionem.

40. Dico primò. Vota facta in sæculo, vel in Novitiatu, uno verbo, ante ingressum Religionis, atque adeo ante subjectionem (sed non atate pupillitatis, de hanc enim *mor.*) nequeunt irritari à Superiore. Sic Castr. *tr. 15. d. 3. p. 3. §. 5. n. 1.* Ratio est, quia non fuerunt facta sub conditione beneficij superioris. Hac igitur vota extinguuntur quidem ipsius professionis vi, & suspenduntur per vota biennij, Societatis Jesu, ut nuper diximus non verò à superiore irritari valent. Illud adeo, quòd ejusmodi vota nec extinguuntur, nec suspenduntur modo dicto, adhuc possunt suspendi à superiore ea, quæ ipsius gubernationi nocerent; *ita ibid.* quia per potestatem, quam acquirit vi voti obedientie, potest omnimodè præjudicantia bono regimini propellere.

41. Dico secundum. Vota facta ante Religionem pupillo ita potest Superior irritari, sicut potuisset Patrem vel Tutor, vel Curator, Ratio est, quam breuiter in Celsius lib. 2. cap. 30. d. 15. q. 3. his verbis: Si Novitium in seculo, vel in Novitiatu emisit vota in ea erant, in qua reus, Tutor, vel Curator potuisset ea irritare eadem potest etiam à Præfato Religiosis irritari, cum in illorum potestate fuisset, ut Sanchez, lib. 9. de matr. d. 41. m. 4. notat.

32. Petrus: Si pupillus carens Patre, Tutore, Curatore Matre, &c.oveat, & deinde detur ei a iudice. Tutor, vel Curator, possintne hi vi autoritatis superueniens irritare ejusmodi pupilli vota ante subjectionem facta? Nam si possunt, confirmatur nostra doctrina, quod possint etiam superiores. Respondeo, Non posse de Castro Palauis, quia tale votum non fuit emissum tempore subjectionis. Sed potest mihi hoc difficile videri, si censeto enim posse. Ita *ibidem* 2. edit. quia ea vota semper supponuntur facta cum minori discretionem, atque esse irritabilia: unde ex juris interpretatione censetur emissis sub conditione beneplaciti Patris, vel locum tenentis, si quando existet: bene igitur ex confirmatur nostra doctrina, cum superior loco illo *procedat*. Ardem si in servis, & uxore, dicam n. 12.

43. Ex dictis habes, superiorem Societatis Antiquarium providere potuisse, ejus vota facta, dum in sæculo pubes verfaretur, irritando; sed quia non irritavit, via querenda est.

De Servorum, & Conjugatorum Votis.

De Servorum, & Conjugatorum Votis.

42. Ut hac occasione tota materia de irritat
Votorum agitur, digrediamur tantisper ab Ant
& fervorum, conjugatorumque vota consideremus

45. Nomine servi non intelliguntur ij, qui mercede conducti serviunt; sed qui verè sub dominio alicujus sunt.

Ea autem sola horum vota irritanda sunt, habent Domini, quæ ipsorum servitio obstant: ita DD. cit. & communiter. Ratio est, quia in ea tantummodo potestate dominativa fruuntur in servos. Hinc votum Castitatis, moderatæ Orationis, Sacramentorum frequentationis: danda elemosynæ de proprio peculio, irritari non possunt: quia in his est sui juris servus, nec communiter a observando, Domini obsequio nocet. Contra, Votum Religionis, longæ peregrinationis, elemosynæ de pecunia, quæ sub servi absoluto dominio non est, potest, propter contrariam rationem Dominus irritare. Quid dicendum, si hæc vota emittantur cum licentia Domini, docemus n. 53. cum exceptione afferenda n. 55.

47. Vota item horum emissa tempore, quo sunt servi, sed implenda tempore, quo soluti erunt à servitute, non possunt Domini irritare. Ita iidem passim, quia talia vota nunquam Domino præjudicant: non enim præjudicant tempore, quo emittuntur, cum nunc executioni nihil mandetur, neque tempore, quo implebuntur, quia tunc extra Dominorum jurisdictionem sunt servi, ergo, &c.

47. Pari modo vota ante servitutem emissa, non possunt Domini per potestatem supervenientem irritare: sic Azor. p. 1. l. 1. c. 17. p. 2. n. 10. alique quia hæc vota, ut potè, quæ omnem vim obligandi perfectè & sine conditione ante servitutem habuerint, non censentur facta à beneplacito futuri Domini, atque adeo non subjacent supervenienti potestati: nisi in quantum eorum executio Domini obsequio fortè præjudicet; quare solum tunc suspendi poterunt, non aboleri; & nisi in ea casu, quem ponam n. 52.

Quando servus est uxori, non vero Mariti, an subdatur quoad prædicta vota ipsi uxori; cum sit ratus casus, vide apud Fagund. n. 2. præ. Dec. lib. 2. c. 39. à n. 15.

Vota Vxoris.

48. Vota præjudicantia Marito, quæ Vxor, dum est in matrimonio, emittit, posse ab ipso irritari, docemus universi, apud Sanch. lib. 9. de matr. d. 3. n. 7. & 39. n. 4. & lib. 4. in dec. c. 43. n. 3. id requirente ipso matrimonij contractu: at non præjudicantia, ut votum moderatæ Orationis, observationis Præceptorum, frequentationis Sacramentorum, &c. eodem tempore facta, non possè, docent nonnulli. Ita Navar. Azor. Sayr. Bonac. Laym. Less. alique cum Castr. t. 3. tr. 15. d. 3. p. 6. m. sed puto probabilissimum, posse, cum Sanchez l. c. probabile dicunt Bon. & Less. apud eundem Castr. Pal. n. 1.

Ratio est totalis subjectio, quam propter bonum regimen domus, ac propter pacem, concordiamque habere debuit Vxor erga Virum, qui caput est mulieris unde semper censentur ejus vota emitti sub conditione: Si vir non contradixerit. Sanchez excipit Votum Religionis, quando id impleri potest ab uxore, conjuge in vivo, ut viro adulterante, &c. Merito quidem, in hoc enim Vxor non subditur Viro.

49. Si uxor, dum viro conjuncta est, aliquid vovet implendum post matrimonium dissolutum, vel implendum sub conditione, quæ post matrimonium dissolutum ponenda expectetur, posse etiam à marito irritari puto. Ita Sanchez lib. 4. c. 3. n. 17. Ratio est, quia ipse potest solvere omne vinculum, quod suscipit mulier, dum est sub ipsius potestate, tale autem est, ut supponimus; hoc votum.

50. Vota ab uxore emissa ante matrimonium, sed implenda dum matrimonium viget, seu universaliter vota emissa ante subjectionem, implenda tempore subjectionis, suspendi à marito, quando ipsi sunt præjudicantia, non irritari possunt: Ita Nav. c. 12. n. 65. Sylv. v. Vot. 4. quæst. 2. d. 1. Sanch. lib. 4. in Dec. c. 3. n. 9. alique apud ipsum. Ratio est eadem, quam diximus modo, cum

de servis num. 47. Inter emissa ante matrimonium, numerata emissa constante legitimo divortio; tunc enim in his votorum obligationibus suscipiens libera est uxor, & non subiecta, quare suspendi poterunt, si marito reconciliato præjudicent, non irritari.

51. Vota ab eadem emissa ante matrimonium, sed implenda post matrimonium dissolutum, puto non posse à marito irritari: quia hæc nullo modo pertinent ad maritum præsentem, cum sint facta ante, & sint implenda post ipsius potestatem, ut quid simile diximus de Religiosis à n. 40.

52. Illa exceptio pro votis uxorum, imò & servorum, est notatu digna: probabile enim est, vota personalia feminae, vel servi, facta in impubertate, vel realia facta, dum minores sunt, posse irritari à superveniente marito, vel Domino. Ita Less. lib. 2. c. 40. d. 15. n. 92. Sanch. lib. 9. de matr. d. 4. n. 4. & 5. Ratio est, quia Maritum, & Dominum succedere uxori, & servo, vice parentis, vel Tutoris, Curatorisve, quando ij ordine prædicto non adfuerint, non est improbabile.

53. Si votum uxoris emissum fuerit de licentia viri, poteritne deinde à viro irritari? Idem quæri potest de servo. Respondeo cum Castr. t. 3. tr. 15. d. 2. p. 3. §. 2. n. 6. si mera fuit licentia, poterit: quia præsumitur potest ad suum beneplacitum, ut nimirum quantum minus data, sibi præjudicaverit, ut si addita est promissio non revocandi, adhuc valide poterit irritare in nostra sententia vir. Ita ibid. (nam de Domino respectu servi dicam mox num. 55.) quia semper remanet caput uxoris, nec cedere hinc juri capitis, quod habet, potest. Dico, valide; nam, ut vixit peccatum utique in mea sententia veniale requiritur causa. eo modo, quo supra diximus de Religiosis, n. 37.

Vota Mariti.

54. Vxorē posse solum irritare vota Mariti, matrimonij tempore emissa, sibi præjudicantia, ut longæ peregrinationis (excipiunt Doctores, & Castr. l. c. d. 2. p. 6. n. 9. Less. ibid. Hierosolymitanum in Terræ Sanctæ subsidium, vel contra hæreses, & infideles) castitatis, immoderatæ elemosynæ in damnum familiæ, &c. docet communis, & vera sententia. Ita Less. lib. 2. c. 40. d. 15. n. 98. in 2. edit. & merito: quia vir non subijcitur quoad voluntatem uxori, sed solum quoad materiam promissam; si, sit matrimonio præjudicans. Inter hæc præjudicantia vota merito numerantur, Suar. lib. 6. de voto, c. 4. n. 8. & 12. Less. lib. 2. c. 40. d. 15. n. 98. Bon. d. 4. q. 2. p. 7. §. 2. n. 17. immoderatam abstinentiam, nimias preces, similiaque, mutuiam habitationem, reddendique debiti obligationem impediens, nam propterea addunt, posse etiam irritare votum de susceptione habitus Eremitæ, seu tertij Ordinis S. Francisci, quia ob horrorem vestis (aiunt) extraheretur uxor à debiti petitione. Vota mariti emissa ante matrimonium, posse item ab Vxore dumtaxat suspendi, si sunt præjudicantia, colligi potest ex dictis.

55. Sed quid, Votum mariti factum cum licentia uxoris, poteritne ab eadem irritari? Respondeo cum iidem ibid. si dedit uxor meram licentiam, posse; quia, ne sibi plus nimio præjudicetur indicatur dedisse ad suum arbitrium. At si promissit non revocare, irritare nec licet, nec valde potest. Sic ibid. Ratio est, quia ideo uxor potest vota quædam mariti irritare, quia sibi sunt præjudicantia: at per promissionem non revocandi à marito acceptam, ejusmodi præjudicio uxor cessit: ergo, &c. Confirmatur, quia iidem docent Doctores cum Sanchez lib. 4. in dec. c. 27. num. 21. fin. Castr. ibid. de dominio respectu votorum servi, si quando Dominus concessit ei licentiam vovens cum promissione illam non revocandam & merito. Sicut enim potest Dominus integram libertatem servo concedere, quam concessam, & acceptam revocare non potest; ita poterit concedere libertatem circa partem materiam, quam servus vocat; quam ubi concessit, servusque acceptavit, revocare utique non poterit. Ita ergo in casu nostro, &c.

seu Curator, & denique, aliis deficientibus, Mater, quæ omnia ex dictis patent.

§. IV. De dispensatione Voti.

Quid sit, & qualis esse debeat dispensatio.

1. Tunc dispensatur Votum, cum is, qui potestatem habet, illud Dei nomine absolute relaxat; seu remittit. Ita DD. *mox cit.* nam si aliquid voti subrogat, tunc dicitur commutare; vel certe, si quod subrogatum est, quam quod voto fuerat promissum, dicitur dispensationi intermiscere commutationem.

2. Hinc vides irritationem, quia fit à potestate dominativa, quæ quis suo nomine potitur, validum esse, etiam si sine causa: dispensationem sine causa non illicitam modò esse, sed invalidam, quia fit à potestate jurisdictionis, quam habet Superior nomine Dei; Deus enim non approbat solutionem voti, temerè, & sine ratione factam. Ita S. Thom. Navar. Sotus, aliique, quos sequitur, citatque Suar. *lib. 3. de voto, c. 17. n. 2.*

3. Quid, si bona fide data sit dispensatio, & deinde invenitur fuisse sine sufficienti causa, validane erit? Affirmat Less. *lib. 2. c. 40. n. 27. n. 119.* & Sanch. *lib. 4. in dec. c. 44. num. 10.* sicuti valida etiam erit, si dispensatio fuit cum causa dubia, & ut sic explicata; sed deinde invenitur nulla fuisse. Ratio est, quia pertinet ad Dei benignitatem approbare, quod bona fide concessum, & acceptatum fuit. Negat Cast. *Pal. 3. tr. 15. disp. 2. de voto p. 9. n. 4.* putans votum obligare, ubi comperta fuerit causa insufficientia: ratio est, quia verè tunc nulliter Superior operatus est: utraque sententia est probabilis: sed benignior: atque adeò, quia suavitati regiminis Ecclesiæ est conformior, lubentius excipitur. Quod hic dicimus de dispensatione, dicendum proportionaliter de commutatione est.

Porro tria breviter, ut in materia Juramenti fecimus, sunt hic examinanda. A quo, ob quas causas, & quæ Vota dispensari possunt.

A Quo.

4. Pontificem Summum in omnibus votis dispensandi potestatem habere, nimis certum est. At Archiepiscopus confirmatus, licet nondum consecratus, & nondum accepto pallio, Episcopus item solum confirmatus (sed utriusque post acceptam possessionem, ex cap. *in junctis, de cler. inter extrav. cap. Azor. p. 2. lib. 3. q. 9.*) Capitulum, Sede vacante; Abbates, qui jurisdictione Episcopali gaudent; Legatus Pontificis in sua Provincia; Prælati Ordinum exemptorum; Penitentiarius Summi Pontificis in votis non reservatis; (quæ hæc sint, dicam *mox num.*) respectu suorum subditorum habent potestatem ordinariam ad dispensandum. Ita Sanch. *l. c. 38. n. 4.* Delegatam verò habent: Primò, Vicarij Episcopi, vel Capituli, Sede vacante: modò adverteas debere delegationem esse specialem, cum non sufficiat ipsa Vicariatus Constitutio. Ita Sanch. *ibid. num. 1.* Merolla *l. 3. d. 7. c. 6. d. 17. c. 7. n. 33.* Secundò, ij, quibus prædicti Pontifex, Episcopus, & c. commiserint. Parochum ex se non puto habere ullam potestatem in dispensandis votis, ut & in juramentis: Sic Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 9. n. 27.* nec enim is possit aliquid in dispensatione jejuniij, vel operis servilis die festivo, ut suo loco dicemus; non tamen in prædictis, quia pro jejuniis & operibus introducta est consuetudo, ut Parochi possint; non verò pro votis, & juramentis.

5. Archiepiscopus, quoad Episcopos sibi suffraganeos, habet potestatem ordinariam dispensandi in votis, nullam verò quoad ipsorum suffraganeorum subditos, nec dum eos non visitat, nec dum visitat: sic Sanch. *lib. 4. in dec. cap. 38. n. 9.* Illud Archiepiscopo non denegatur, ut scilicet possit dispensare prædictis suffraganeorum subditis in eo casu, quo alicui Episcopus, causa subsistente, denegaret injustè voti dispensationem, videlicet apud Avilam, Henrig. Laym. *lib. 5. tr. de voto, c. 8. n. 7.* aliòque passim.

Q. 2. 6. Sed

16. Si ex mutuo pacto convenient conjugari, si-
quæ intericem promittant non revocare votum, v.g. Ca-
lucis, vel Religionis, an adhuc possint pacto ex utro-
que consensu rescisso, sibi votum invicem irritare; Vide
Cast. *Pal. 3. tr. 15. d. 2. p. 6. n. 6.* nos enim ad An-
tonium, nostram de suis Votis resolutionem nimis diu
prolongantem, regredi tempus monet.

Difficultas Sexta.

An Repetitio Votorum facta ab Antonio, obset, ne ea
irritari valeant.

17. Diximus Antonium ideo sepe ratificasse sua vota,
quia exstimabat post irritationem à suo Patre exhibi-
tam adhuc illis obstringi: id nunc expendamus.

Dico primò, Ex eo, quod vovens velit, vel incipiat
exequi votum in impubertate, vel alias factum, non cen-
tione illud ratum facere, seu confirmare. Ita Val. *2. 2. d. 6.*
17. *ait.* Less. *lib. 2. c. 40. sub. 14. num. 83.* Ratio est, quia so-
lus voluntas exequendi, imò executio ipsa, non potest
præcedenti voto obligationem novam inducere. Unde, si
quis votit aliquid tractum habens successivum, ut quo-
tidie elemosynam distribuere, singulis Sabbatis jejunare,
&c. & observasset hæc vota aliquandiu; si deinde
votum fuisse nullum, vel irritabile committit, non
propterea immutaretur ex illa observantia votum, nec
ante confirmaretur, vel in irritabile redderetur.

18. Dico secundo. Quamvis votum sapientissime quis
committit, seu repetierit, non ideo illud ratificat.
Ita Nav. *2. 1. n. 71.* Less. *l. c. Sanch. lib. 4. in dec. c. 30. n. 38.*
Ratio est, quia id nihil aliud fuit, nisi prius vinculum
approbare, non verò de novo suscipere: quare si illud in-
firmum ab initio erat, infirmum remanebit.

19. Dico terciò. Tria requiruntur ex parte voven-
tis ad veram voti obligatoriam ratificationem. Primò,
revovens sit conficiens debilitatis prioris voti. Secundò,
ut velit de novo se obligare firmiter, perinde ac si nun-
quam obligatus fuisset. Tertiò, ut ita dispositus, voce,
vel literis mente vota præterita repetat, seu eestè appro-
bet. Ita idem. Ratio cur hæc requirantur, est, quia se-
cus remaneret præterita vota in profus modo, quo
ante erant hæc positis, novam obligationem sine du-
bitatione contrahant, necesse est.

20. Si minor quis votorum antea emissorum de-
mitto, & non ex vi prioris obligationis votum emittat,
tunc erit votum enim votum recens suam novam obli-
gationem independentem ab antiquis, patitur. Ita idem.

Dico 2. (ex parte vovens) nam in nonnullis votis,
ut in solemnī professione, sicut etiam accidit in contra-
ctu matrimonij, hæc tria sufficiant, accedente et par-
te Religionis, vel alterius contrahentis acceptatione, &
qua ratione accedere possit, vel accessisse præsumatur,
vide de professione apud Cast. *l. 16. d. 2. p. 5. de matrimo-
nio apud Sanchez lib. 4. in dec. c. 30. n. 38.*

21. Consequitur manifestè ex his, Antonium per
repetitionem suorum votorum, de quibus est sermo, vel
per assumptionem status Religiosi, vota priora in impu-
bertate emissam, nequaquam ratificasse: quia eorum repe-
titiò, imò & executio; in errore validitatis suorum
votorum infirmo satis fundamento nitetur, ut ex propo-
sitione casus initio n. 3. clarè constat; quare nunquam
legitimè, seu valide ratificavit.

Conclusio.

Concludamus ergo breviter, Antonium regressum ad
seculum, liberum esse, tum à voto Religionis, tum à
voto distribuendæ elemosynæ, emissis tunc in impuber-
tate. Ratio præcipua est, quia hæc ejus genitor legiti-
mè irritavit, nec ipse filius postea ratificavit valide. Ad-
de, etiam si Pater non irritaverit, posse nunc à Patruo
Curatore utrumque votum irritum reddi; cum ea vota
fuerint emissa tempore impubertatis, quæ irritare potest
pater, si is vivat, vel valde probabiliter ejus vice Tutor,

Par. I.